

ercere judicia: 3. judicare res ex Imperato-
rijs, & alijs præsentibus legibus: 4. suppli-
cia jure constituere. 5. jure bellare, milita-
re: 6. lege contrahere: 7. tenere proprium:
8. jusjurandum postulantibus Magistrati-
bus dare: 9. ducere vxorem, nubere.

17. Primum locum in Catalogo isto obtinet
ORDO MAGISTRATVS, tum ob eius
dignitatem, quâ ad DEI officium quam proximè
accedit: tûm ob eius necessitatē, que tanta est, ut
è mundo sublatu magistratu politico, omnis proti-
nus humanae societas corruere necessum habeat.

18. Militant pro hac specie, tûm illustria ex-
empla eorum, qui in hoc ordine constituti DEO
cum primis placuerunt: ut Mosis, Iosuæ, Davi-
dus & similius: tum expressa scripturarum te-
stimonia & mandata, quibus à DEO ipso Magi-
stratum constitui, ad oculum demonstrari potest.

19. Deuter. 16, 18. præcipit Moysi Iehovah: Iu-
dices & magistratus constituere in omnibus portis
tuis, ut judicent populum justo iudicio. Rom. 13,
1. Omnis anima potestati supereminenti sit sub-
ditæ, 1. Pet. 2. 13. Subiecti estote cuivis huma-
nae ordinationi propter Dominum, sive regi, ut
qui superemineat; sive præsidibus, ut qui per e-
um mittuntur.

20. Et Emphaticum est illud, quod Apostolus
aliquoties repetit: Non est potestas, nisi à DEO:
Rom. 13. 1, Item: Qua vero potestates sunt à DEO
ordi-